

Inter prescriptos baccalariandos admissos duo fuerunt pauperes, quorum unus, scilicet Lucas Tauber de Smollis, obtinuit a magistris dilationem usque ad proximas mundinas Paschales, in quo spacio promisit se portaturum litteras testimoniales a patria, quod et fecit. Secundus vero, videlicet Udalricus Grempler de Sangerhausen, adduxit duos testes sue paupertatis, videlicet magistrum Iodocum Wymaridem Isnachensem et quendam presbyterum Silvestrum Finck de Sangerhausen, qui sub bona fide dixerunt se credere rem ita esse, quemadmodum principalis iuravit.

Anno, quo supra, in die sancti Gregorii mgr. Bartholdus de Gandershaym fuit assumptus März 12. ad consilium facultatis servatis statutis desuper editis.

### 1504 Sommersemester. 190. Decan Paul Schwoffheim von Görlitz.

M 183.  
C 11'.

Decanatus<sup>1)</sup> magistri Pauli Svoffheym Gorliczensis, sacre theologie baccalarii<sup>2)</sup>, ecclesie<sup>3)</sup> Budisnensis cancellarii, de natione Misnensium, anno domini millesimo quingentesimo quarto. Anno domini millesimo quingentesimo quarto Sabatho ante festum sancti Georgii, vigesima mensis Aprilis electus fuit in decanum facultatis arcium magister Paulus Svoffheym de Gorlicz, sacre theologie baccalarius<sup>4)</sup>, ecclesie Budisnensis primus cancellarius, de natione Misnensium, sub cuius decanatu infra scripti<sup>5)</sup> electi sunt officiales:

1504  
Apr. 20.

Clavigeri mgr.	{ Iohannes de Frigido fonte Iohannes Sperber de Heiligenstadt }	de natione { Bavarorum Saxonum.
Visitatores	{ Nicolaus Kleinschmidt de Schawensteyn Bavarus Bartoldus Hammenstede de Ganderbheym Saxo Gregorius Bredekopff de Conitz Polonus Paulus Svoffheym de Gorlitz decanus Misnensis.	{ electores decani et executores <sup>6)</sup>

Et quoniam lectiones omnes publice nulla auditorum mercede, sed solutione duarum facultatum, theologie videlicet et artium, solvuntur, sicut et sub prioribus tribus<sup>7)</sup> decanatibus, similiter et exercitia scholaribus gratis leguntur, expensis tamen facultatis artium, ideoque, sicut et mutatione precedenti, nulli fuerunt deputati taxatores. Lectores vero deputati in alia matricula sunt inscripti.

\* Lectores per facultates theologie et artium deputati fuerunt infrascripti:

Lec- tores	{ methaphysicam primam } partem philosophie secundam } naturalis politiceam veterem artem novam logicam	legit mgr.	{ Magnus Hunth de Magdeborgk Iohannes de Zecitz Petrus Eysenbergk Hallensis Bartoldus de Ganderbhem Franciscus de Lembergk Iodocus Wymarides Isnachen- sis	Et isti fuerunt deputati per doctores facul- tatis theoloice, qui et eisdem solvunt salla- rium.

<sup>1)</sup> Die Angabe des Semesters über den Eintragungen in Goldschrift. Schöne Initiale D in hellviolett, verschieden abgetöntem, goldgerändertem Blattwerk auf Goldgrund. In der Füllung des Buchstabens der Apostel Paulus mit Aureole, in grünem Unter- und dunkelgrauem Obergewande. In der Linken hält er ein Schwert, in der Rechten ein roth eingebundenes Buch. Die Ueberschrift des Semesters in blauer Farbe. Am